nam quam tibi Dominus præparauit in æternum. Psal. Beati immaculati in via, qui ambulant &c. *Ha se de dezirtodo, con Gloria Patri, y Sicut erat. Y cantando esto, lleuenla à vno de los altares que tienen en el claustro, donde llegando la nouicia, se hincara de rodillas, y dos de las monjas ternan estendida à las espaldas della vna cortina ò velo: detras del qual, solo esten la madre Corretora y la nouicia, y alli poco a poco le quite las vestiduras seculares, diziendo à cada vna dellas esta Antiphona rezada. Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis, & induat te nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis. Y acabada de desnudar, pongale la tunica, y el habito, diziendo esta Antiphona. Immittat in te Dominus sanctum religionis habitum, sanctoque feruore succendaris, & ardeas cœlestium bonorum desiderijs. Resp. Amen.*

Luego ciñale la cinta diziendo esta Antiphona.

Præcingat te Dominus zona iustitiæ, vt immaculata conserues omnia mandata eius. Resp. Amen. Y si fueren dos, o mas nouicias,

nicias,

uicias las que entraren jun:as en lugar de la antiphona arriba dicha, diran esta antiphona que se sigue, con el Psalmo alli señalado. Añã. Venite sponsa Christi accipite coronas, quas vobis præparauit Dominus in æternum. Psal. Beati immaculati in via. Y si la nouicia fuere biuda o casada, al tiempo que entrare por el escala, comience la Vicaria esta antiphona, y Psal. que se sigue. Añã. Veni electa mea, & ponã in te thronũ meum, quia concupiuit Rex speciem tuam. Psal. Beati qui habitant in domo tua Domine in sæcula sæculorũ laudabunt te. Todo a la larga consu Gloria Patri, y Sicut erat. El qual ballaran en el Psal. que corniença. Quam dilecta tabernacula tua Domine, que està en la feria sexta. Y luego todo lo demas que dicho es, hasta desnudarla y tornarla à vestir: y todo el tiempo que gastare la madre Correctora en desnudar y vestir la nouicia, ha de gastar el choro en cantar el antiphona y Psalmos ya dichos, diciendolo vna o muchas vezes, segun menester fuere: y acabada de vestir con ropas de monja, lleuenla en procession al choro baxo, cantando este Psalm. que se sigue

Lauda Hierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion. Con Gloria Patri, & Filio, y Sicut erat in principio, &c.

Entre

Modus induendi

Entretanto el sacerdote llegarse ha por la parte de la Iglesia a la red del choro baxo. Y estando la nouicia jũto a la dicha red, por dentro del monasterio dira el sacerdote lo que se sigue.

Verf. Saluam fac ancillam tuam Domine. Resp. Deus meus sperantem in te.
Verf. dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus,

Domine Iesu Christe pastor bone, qui animã tuam pro ouibus posuisti, fac hanc ancillam tuam sacro habitu indutam, ante tuum conspectum semper assistere. Qui viuis & regnas deus. Per omnia secula seculorum. Res. Amẽ.

Luego bendiga el sacerdote la nouicia diziẽdo.

Oremus. Omnes angelici spiritus te in omnibus comitentur. Resp. Amen.

Beata virgo Maria miserorũ consolatrix tui in tentationibus recordetur.

Res. Amen. Proles eius virginea te visitet & conoletur. Res. Amen. Benedicta

sancta Trinitas tui misereatur, & benedictionis suæ largam affluentiam clementer largiatur. Pater † & Filius, †

& Spiritus

& Spiritus † sanctus. Resp. Amen.

Luego la Vicaria comience el hymno de Veni Creator Spiritus. El qual todo acabado diga el sacerdote. Vers. Emitte spiritum tuū. R. Et renouabis. Vers. Post partum virgo. R. Dei genitrix. Vers. Ora pro ea sancte pater Francisce de Paula. Res. vt digna efficiatur. Vers. Orent pro ea omnes sancti Dei. R. Ad Dominum qui eā elegit in sortē sui ministerij. Vers. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEUS qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodē Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

CONcede nos famulos tuos, quæsumus dñe Deus perpetua mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessionem a præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

OMnipotens sempiterne Deus, qui salutē humanæ naturæ semper intendens

Modus induendi

tendens & omnem creaturam ad cælū scandere cupiēs gloriosum patrem nostrum Franciscum de Paula confessorum tuum, ecclesiæ tuæ (tanquam aliū præseruatorem mundi labentis, religionem nouam fundando) mirabiliter dedisti: concede propitius, vt eius protectionis subsidio, a cunctis hostibus hic efficacissime tueamur, & in nostro futuro obitu, ab omni tētatione liberemur, & tuæ excellæ maiestati beatificè præsentemur.

OMnipotens sempiternæ Deus, qui nos omnium sanctorum tuorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari, quæsumus: vt desideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum, &c

¶ Modo para professar, y dar el velo.

AViendo de professar y dar velo a alguna monja de nuestra Orden, primeramente pornan el velo, cordon y capucho, o escapulario sobre el altar mientras dizen la Misa: la qual acabada, todas las monjas por

por su antigüedad con la que lo ha de recibir, teniendo cada vna su candelá encendida, llegarse han a la red del choro baxo: y llegando se a la propria red, el sacerdote que dixo la *Missa*, dira lo siguiente.

Verf. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.* Resp. *Qui fecit cœlum & terram.* Verf. *Sit nomen Domini benedictum.* Resp. *Ex hoc nunc, & vsque in seculum.* Verf. *Dominus vobiscum.* Resp. *Et cum.* Oremus.

DEUS qui mundum & omnia, quæ in mundo sunt propter hominẽ creasti, vt tantorum beneficiorum existeret semper gratus, bene † dic, & sancti†fica, per consignationem & inuocationem sanctissimi, ac virtuosissimi signi † Crucis tuæ, hoc cingulum, & caputium, siue escapularium, quod de lana ouium produxisti, & respice præsentem famulã tuam per charitatem agni veri atque immaculati dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi, quæ ea propter pœnitentiam secum ferre debet ex *Regula*, quam seruare intendit, vt sit ei lorica fidei, & tutã defensio, cõ-

tra

Modus dandi velum

tra omnes insidias inimici, virtute cuius cinguli, caputij, siue scapularij, omniumque sanctarum virtutum, eius animus, ab omnibus pollutionibus peccati, infirmitatibus, atque infestationibus diaboli sit secura, vt exclusa mundi pōpa cor ipsius quousq. ad te perueniat, in virtute indeficiens perseueret. Qui te cum viuic & regnat in vnitate Spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. *R.* Amen.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui tegmen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus velaminis quod sanctus pater noster Frāciscus de Paula, ad innocentia & humilitatis iudiciū abrenunciatis seculo sanxit, tu ita bene † dicere digneris, & sancti † ficare, vt hæc famula tua, quæ hoc vsa fuerit, à te indui, & superuestiri mereatur. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis & regnas. Per omnia secula. *R.* Amen.

Ore-

Oremus.

BENE † dic quæsumus omniptens
Deus velamen istud, capiti famulæ
tuæ imponendum, vt in ea bene † di-
ctio tuæ benignitatis descendat, vt sit
in ea sanitas, sanctitas, castitas, virtus &
victoria, sanctimonia, humilitas, boni-
tas & mansuetudo, vitæ quadragesima-
lis obseruantia, Dei & suorum prælato-
rum obedientia, & vt adsit semper Pa-
tris, † & Filij, † & Spiritus † sancti be-
nedictio. Per. Ref. Amen. *Uuego cercando
se a la rexa lo mas que pudiere estãdo la noui-
cia, hincada de rodillas diga el sacerdote.*

Oremus.

DEUS qui per coæternũ filium tuum
cuncta creasti, quique mundũ pec-
catis inueteratum, per mysterium sanc-
tæ incarnationis suæ renouare digna-
tus es. Te suppliciter exoramus, vt eius-
dem Domini nostri Iesu Christi gratiã
super hanc famulã † tuam abrenuntia-
tionem sæculi profitentem clementer
infundere digneris: per quem in spiritu
P suæ

Modus dandi velum

suæ mentis renouata, veterem hominẽ
cum actibus suis exuatur, vt nouũ, qui
secundum Deum creatus est, induere
mereatur. Per. Resp. Amen.

*Aqui eche agua bendita sobre el velo, capucho, o
escapulario, cordon, y monja que lo ha de recibir, y la
vicaria cõ su compañera puestas en medio del choro,
comiencen esta letania, a las quales respondera el cho-
ro lo que ellas dixeren.*

KYrie eleison. Christe eleison. Christe
audi nos. Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus. Misereere ei.

Fili Redẽptor mũdi Deus. Misereere ei.

Spiritus sancte deus. Misereere ei.

Sancta Trinitas vnus deus. Misereere ei.

Sancta Maria. ora pro ea.

Omnes sancti beatorum Spirituum or-
dines. orate pro ea.

Sancte Ioannes Baptista. ora pro ea.

Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ.
orate pro ea.

Sancte Petre. ora pro ea.

Sancte Ioannes Euangelista. ora pro ea.

Omnes sancti Apostoli & Euangelistæ.
orat, pro ea.

Sancte

Sancte Stephane. ora pro ea.

Omnes sancti Martyres. orat. pro ea.

Sancte Sylvester. ora pro ea.

Sancte Hieronyme. ora pro ea.

Omnes sancti doctores. orat. pro ea.

Sancte pater Francisce de Paula. ora
pro ea.

Sancte dominice. ora pro ea.

Omnes sancti confessores. orat. pro ea.

Sancta Maria Magdalena. ora pro ea.

Sancta Marina. ora pro ea.

Omnes sanctæ Virgines & viduæ. orate
pro ea.

Omnes sancti & sanctæ Dei. interced.
pro ea.

Propitius esto. parce ei domine. Ab

omni malo. Libe. eam domine. A spiri-

tu fornicat. lib. eam. Per mister. sanctæ

Incarnationis tuæ. libe. Per passion. libe.

Peccatores, te rogamus. Ut hanc famu-

lam tuam ab omni tentatione eripere

digneris, te rogamus audi nos. Ut hanc

in vera Obedientia, Castitate, Pauper-

tate, Humilitate, & vita **Quadragesima**

Modus dandi velum

li perseuerare digneris. Te rogamus au-
di nos. Agnus Dei qui tollis peccata
mundi. Exaudi nos Domine. Kyrie elei-
son: Christe eleison. Kyrie. *Diga luego el*
sacerdote. Pater noster. Vers. Et ne nos in-
duc. Ref. Sed libera. Vers. Saluam fac an-
cillam tuã. Ref. Deus meus speran. Vers.
Mitte ei domine. Ref. Et de Sion tuere
eam. Vers. Esto ei Domine turris. Resp.
A facie inimici. Vers. Nihil proficiat ini-
micus in ea. Respõ. Et filius iniqui. non
appõ. nocere ei. Vers. Domine exaudi
orationem. Ref. Et clamor. Vers. Domi-
nus vobiscum. Resp. Et cum. Oremus.

A Desto supplicationibus nostris omni-
potens Deus, & hanc ancillã tuam,
cui in tuo sancto nomine velum sanctæ
religionis imponimus, bene † dicere
dignare, & per intercessionem beatif-
simæ & gloriosæ virginis Mariæ, & Apo-
stolorum tuorum Petri & Pauli, atque
beati patris nostri Francisci de Paula,
& aliorũ omnium sanctorum, fac eam
ad obseruantiam sancti huius propositi

crea-

certaturam peruenire, ac in tribulationibus & angustijs indeficiens perpetua consolatione valeat respirare, & iustè, ac piè, & castè viuens, per veram humilitatem, atque obedientiam, in fraterna fundata, quod te donante promittit, fèlici perseverantia compleat, vt vitam percipere mereatur æternam. Per Christum Dominū nostrum. Resp. Amen.

Luego la Vicaria comience el, Veni creator Spiritus, como está arriba, fol. 99. Y prosigalo el choro hasta acabarlo: entre tanto el sacerdote quite vna de las tocas blancas que tuuiere la monja sobre la cabeça, y la cinta de nouicia, diciendo esta Antiphona rezada.

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis, & induat te nouum, qui secundum Deum creatus est in sanctitate. Per Christum dñm. Resp. Amen.

Luego tome el escapulario ò capucho, y poniendoselo sobre los velos, diga esta Antiphora rezada.

Immittat in te Dominus sanctum religionis caputium, siue scapularium, cum quo feruore sancto succendaris, & ardeas cælestium bonorum desiderio. Per Christum dñm nostrum. Resp. Amen.

Modus dandi velum

Luego tome el Cordon, y délolo a la madre Correctora para que lo ciña á la nouicia. y entretanto diga el esta Antiphona rezada. Accipe cingulum rotūdum super lumbos tuos, quo illos habeas præcinctos in signum castitatis, & temperantiæ, in nomine Pa tris, & Fi lij, & Spiritus sancti. Resp. Amen. *Tacabado el choro de dezir el Veni creator Spiritus, diga el sacerdote,* Vers. Emitte Spiritum tuum. Resp. Et renoua. Vers. Domine exaudi. Resp. Et clamor meus. Vers. Dominus vobiscū. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Mentes nostras quæsumus Domine Paraclitus, qui a te procedit illuminet. & inducat in ompem sicut tuos promisit filius veritatem.

Oremus.

OMnipotens sempiternæ Deus, qui propter solitam bonitatem tuam, per mortem vnigeniti filij tui Domini nostri, mundum fractum restaurare dignatus es, vt nos à morte perpetua liberares, & ad gaudia perduceres paradisi, ref-

si, respice misericorditer quæsumus pie-
 tatis tuæ oculo præsentem, & deuotam
 familiam, de qua hæc famula tua esse
 intendit, vt tibi augeatur numerus cre-
 dentium supra petram, qui est Christus:
 & taliter ipsa sit fundata, vt ab omni-
 bus tentationibus mundi, carnis, & dia-
 boli sit secunda ac per meritum passionis
 Domini nostri Iesu Christi, virginis Ma-
 riæ, & Patris nostri, tuorumq. omnium
 sanctorum & sanctarum vera tua gau-
 dia sempiterna possideat: qui cum eo-
 dem filio tuo Domino nostro Iesu Chris-
 to vi. Ref. Amen. *Las quales oraciones aca-
 badas y respondido por el choro, Amen. Lue-
 go la novicia sus manos juntas, pongalas entre
 las manos del sacerdote, y diga con voz alta:
 Yo. N. hago voto y prometo a Dios nue-
 stro Señor todo poderoso, y a la biena-
 uenturada virgen Maria, y a toda la cor-
 te celestial, y a vos padre, y a esta sagra-
 da Orden, que estarè y permanecerè to-
 do el tiempo de mi vida debaxo de
 la vida y regla de la orden de las mon-
 jas*

Modus dandi velum

jas Minimás de san Francisco de Paula, aprouada y confirmada por el santissimo señor nuestro Iulio segúdo Romano Pontifice, y despues del Romano Pontifice, Alexandro sexto de bienauenturada recordaciõ, y que estarè y viuirè cõn perseverancia debaxo de los votos de Obediencia, Castidad, Pobreza, y vida quaresmal, conforme a las determinaciones y circunstançias puestas y limitadas en la regla desta orden. *Y si fuere donada la que haze profession, diga tambien lo siguiente.* Y prometo de oy en adelante de guardar fidelidad a esta ordẽ, y de dar cuenta fielmente y allegar las limosnas desta dicha orden. *Lo qual dicho dira el sacerdote con voz baxa.* Si esto cumplieredes, yo os prometo la vida eterna, *Y luego diga a la Corretora entregandole la ya professa.* Hanc spõsam Christi tibi trado, vñ usque in diem iudicij conserues eam sine macula in conspectu regis altissimi, reddasque rationem de ea Domino nostro Iesu Christo qui cum Patre

re

tre & Spiritu sancto. Res. Amen. *To-
me luego el velo, y poniendose lo diga esta Anti-
phona.* Accipe ancilla Christi sanctum
velum professionis tuæ facrum, cum
quo fideliter peruenire valeas ad regna
cœlorum præstante Domino nostro
Iesu Christo, in nomine Pa- tris, & Fi-
lij, & Spiritus sancti. Res. Amen.
*Luego la Vicaria entone el Te Deum lau-
damus. Tacabado, el saberdote entone esto-
versos y oracion.* Vers. Benedicamus Pas-
trẽ. Res. Laudamus & super. Vers. Post
partum virgo Res. Dei genitrix. Vers.
Ora pro nobis sancte pater Franciscus
de Paula. Respon. vt digni efficia. Vers.
Orent pro ea omnes sancti & sanctæ
Dei. Res. Ad Dominum qui eam elegit
in sortem sui ministerij. Vers. Domine
exaudi. Res. Et clamor. Vers. Dominus
vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui
dedisti famulis tuis in confessione
veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam
agnoscere

Modus dandi velum

agnoscere, & in potentia maiestatis
adorare unitatem, quæsumus, vt eius-
dem fidei firmitate, ab omnibus sem-
per muniamur aduersis. *Dicha esta ora-
cion, dira las otras tres que estan en el modo
de vestir nouicias. pag. 108. las quales son.*


Concede nos famulos &c. Omnipotens sempiternus Deus, qui salutem &c.

Omnipotens sempiternus Deus,
qui nos. *Y acabadas estas dira.*

Fidelium animæ.

Respon.

A M E N.



MODVS



MODVS RECI-

piendi fratres, vel sorores tertij
ordinis nostri Mini-
morum.

Correktor, vel alius sacerdos benedicat cin-
gulum, & indumenta in hanc qua sequi-
tur formam. Vers. Adiutorium nostrum
in nomine Domini. Respon. Qui fecit.
Vers. Domine exaudi. Resp. Et clamor
meus. Vers. Dominus vobiscum. Resp.
Et cum. Oremus.

Omnipotēs & misericors Deus, qui
pietatis tuæ misericordiam, peccatori-
bus quærentibus veniam, & misericor-
diam tribuisti; oramus immensam cle-
mentiam tuam, vt hunc cingulum la-
neum bene t dicere, & sanctifi t care
digneris, vt qui *vel qua* pro peccatis suis
cinctus, *vel cincta* fuerit, & misericordiã
tuam implorauerit, veniam & indulgẽ
tiam tuæ sanctæ misericordiæ cõsequa-
tur. Per Christum Dominum. R. Amē.
Bene-

Modus recipiendi

*Benedictio omnium vestimentorum ad usum
dictorum fratrum & sororum.*

BENE † dic quæsumus omnipotens
Deus velamen istud famulæ tuæ ca-
piti imponendum, vt in ea bene † dic-
tio tuæ benignitatis descendat, vt in ea
sit sanitas, sanctitas, castitas, virtus, vic-
toria, sanctimonia, humilitas, bonitas,
& mansuetudo, legis plenitudo, & obe-
dientia, & Patris, & Filij, & Spiritus
sancti, adsit semper bene † dictio. Per
Christum dominum nostrum. Ref. Amen.

Oremus.

DEUS qui vestimentum singulare, ad
indumentum æternæ iucunditatis
tuis fidelibus promisisti, clementiam
tuam suppliciter exoramus, vt hæc in-
dumenta humilitatē cordis, & contēp-
tum mundi significantia, quibus famu-
lus tuus, *vel famula tua*, in sancto ac fir-
mo proposito vestiri desiderat, propi-
tius bene † dicas, & castitatis habitū,
quem te inspirante suscipit, te protegē-
te custodias Per Dominum nostrum.

Ref.

Respon. Amen.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui discipulos tuos orare docuisti, suscipe quæsumus, benedicendo orationē famuli tui, *vel famule tuæ*, vt eius oratio à te semper incipiat, & per te cepta finiatur. Qui viuis & regnas. Resp. Amen.

Aspergantur aqua benedicta, & adoleantur incenso, postea exuendo dicat. Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis, & renouare spiritu mentis tuæ. *Induendo dicat.* Induat te nouum hominē, qui secundum Deum creatus est in iustitia & san&itate veritatis in Iesu Christo Domino nostro. Oremus.

Deus misericors, Deus clemens, cui cuncta bona placent, sine quo nihil bonum inchoatur, nihilque bonum perficitur, adsint nostris humillimis precibus tuæ pietatis aures, & hunc famulum tuum, *vel famulam tuam*, cui in tuo sancto nomine habitum Religionis imponimus, a mundi impedimento, vel seculari desiderio defendi, & concede ei

in

Modus recipiendi

in hoc sancto proposito deuote persistere, vt remissione peccatorū percepta ad electorum tuorum valeat peruenire consortium. Per Christum &c.

*Hic induitur frater vel soror tertij ord. & sacerdos porrigendo & cingulum, dicat. Acci-
pe cingulum super lumbos tuos, vt sint
lumbi tui præcincti in signum castita-
tis & temperantiæ in nomine Pa † tris,
& Fi † lij, & Spiritus † sancti. Amen.*

*Vel imponat velamen albū sorori, dicens. Acci-
pe velum super caput tuum, in signum
obedienciæ, mūditiæ, & puritatis, in no-
mine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus †
sancti. Amen. Cum induerit chlamydē dicat.
Accipe chlamydē in signum poeniten-
tiæ & mortificationis: vt mortuus mun-
do, Deo viuas, in nomine Pa † tris, &
Fi † lij, & Spiritus † sancti, Amen.*

*Deinde distribuantur candelæ assistenti-
bus fratribus, vel sororibus, dicente sacerdote.
Sic lucerna ardens in manibus vestris
in signum pudicitæ, & honestatis, in
nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus
sancti*

† sancti. Amen. *Nunc detur ei Rosarium, dicens.* Accipe signum orationis in manibus tuis, vt more contemplantium, cōtemptra fælicitate terrena, & præsentem vitam habeas in pœnitētia, & in desiderio futuram, cupiens dissolui, & esse cum Christo in nomine Pa † tris, & Fi † lii, & Spiritus † sancti. Amen. *Hic cāntatur, Veni creator spiritus, vt supra fol. 99.* Vers. Emitte. Resp. Et renouabis. Vers. Post partum. Resp. Dei genitrix. Vers. Ora pro nobis sancte pater Franciscus de Paula. Resp. Vt digni. Vers. Domine exaudi. Resp. Et clamor. Vers. Dominus vobiscum. Respon. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Concede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & Beatæ Mariæ semper Virginis, intercessionibus
à præ

Modus Recipiendi

à præsenti liberari tristitia, & æternâ
perfrui lætitia.

Deus qui superbis resistis, & humili-
bus gratiam tribuis, exaudi preces nos-
tras, et intercedente B. P. N. Francisco
de Paula confessore tuo, da nobis alia
non sapere, sed maiestati tuæ humili
semper corde seruire.

Præcende Domine famulis & famu-
labus, tuis dexteram cęlestis auxiliij, vt
te toto corde perquirant, & quę digne
postulant consequi mereantur. Per Do-
minum nostrum. Resp. Amen.

*Modus recipiendi fratres & sorores tertij ordi-
nis Minimorum ad professionem.*

Fiat sermo si vult Corrector, vel alius sacerdos,
deinde fiant protestationes quod nulla erit profes-
sio, si vitam suam in melius non emendauerint, ac ho-
neste vixerint, & postea interrogetur proficiens si vult
profiteri, & respondendo quod sic, dicat sacerdos.

Benedictus es, quia vt speramus non
es longe à regno dei. Deus te confirmet
in bono. Postea cingendo eum dicat. Præcin-
gat te Dominus virtutum cingulo mili-
tiæ nostrę in virtute, vt supplantēs in-
surgen-

insurgentes in te subtus tu. Amen.

*Postea fiat Professio in manibus sacerdotis,
sequenti modo.*

Ego N. promitto Deo omnipotenti,
totique curiæ cælesti, & tibi Patri, mo-
res meos, ac vitam meam in melius
emédare, & ordinis Minimorū vtriusq.
sexus fidelium Regulæ, per S. D. N. Iu-
lium Papam Secundum confirmatæ, sa-
lutifera præcepta pro posse obseruare,
& sancto Francisco de Paula, suisque
successoribus eiusdem ordinis Minimo-
rum generalibus Correctoribus pro tē-
pore existentibus obedire: nec non præ-
dictæ Regulæ salubribus cōsilijs ac mo-
nitis me conformare, & prædicti ordi-
nis honorem, & vtilitatem procurare.

Vel dicat vulgari ideomate, tali forma.

Yo. N. prometo a Dios todo pode-
roso, y a toda la corte celestial, y a vos
padre, que enmendare mi vida y mis
costumbres en mejores: y que guardare
los saludables preceptos de la regla ter-
cera de los Minimos, para los frayles

Q

intli-

Modus recipiendi

instituyda del glorioso padre san Fráncisco de Paula, y cõfirmada por nuestro sanctissimo padre Iulio Papa segundo, y que obedecerè a los Correctores generales, suceßores de san Francisco de Paula, que por tiempo sucedierẽ; y que con todas mis fuerças guardare sus preceptos, y me procurare conformar con sus saludables consejos y amonestaciones, y que siempre, y en todo procurare la honra y vtilidad de la dicha orden de los Minimos. *His finitis dicatur. Te Deum laudamus, per totum. Vers. Benedicamus Patrem. Resp. Laudemus. Vers. Post partum. Resp. Dei genitrix. Vers. Ora pro eo, vel pro ea, sancte Pater Francisce de Paula. Resp. Ut dignus, vel digna, &c. Vers. Orent pro eo, vel, pro ea, omnes sancti & sanctæ Dei. Res. Ad Dominum qui elegit eum, vel eam, in sorte sui ministerij. Vers. Dominus vobiscu. Respon. Et cum spiritu tuo. Oremus. Omnipotens sempiternus Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione vere*

fidei

fidei, æternæ Trinitatis gloriã agnosce-
re, & in potētia maiestatis adorare vni-
tatē, quæsumus, vt eiusdē fidei firmitate
ab omnibus sēper muniamur aduersis.

Concede nos famulos tuos quæsu-
mus Domine Deus perpetua mentis, &
corporis sanitate gaudere, & Beatæ
Mariæ semper Virginis, intercessione
à præsentī liberari tristitia, & æterna
perfrui lætitia.

Omnipo-tens sempiterne Deus, qui
salutem humanæ naturæ semper inten-
dens, & omnem creaturam ad cælum
scandere cupiens, gloriosum Patrem
nostrum Franciscum de Paula confesso-
rem tuum, Ecclesiæ tuæ, tãquam alium
præseruatorem mundi labentis, Reli-
gionem nouam fundando, mirabiliter
dedisti, concede propitius: vt eius pro-
tectionis subsidio, à cunctis hostibus hic
efficacissimè tueamur, & in nostro fu-
turo obitu ab omni tentatione libere-
mur, & tuæ excelsæ maiestati beatifi-
ce præsentemur.

Qz

Omni-

Benedictio Ecclesiæ

Omnipotens sempiternæ Deus, qui nos omnium sanctorum tuorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari, quæsumus, vt desideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Do.

Postea fiat paruus sermo fratri, & de osculata manu Prælati, amplexisq. fratribus dilcedant.

Incipit benedictio Ecclesiæ.

Generalis, vel Prouincialis, aut eorum vicegerentes, indutus cappa cum ministris indutis dalmaticis in Ecclesia benedicenda incipiat hanc Antiphonam. Asperges me Domine. Quæ prosequi debet à choro. Et interim prælati us ipse, totam ecclesiam aspergat aqua benedicta, & finita aquæ aspersione, dicat versus & orationem, quæ dominicis diebus sol. t. dicitur. Quæ orationi finita cantabit chorus has tres Antiphonas sequentes, cum suis versiculis. Antiphona.

Benedic Domine domum istam ædificatam nomini tuo, venientium in loco isto. Exaudias preces in excelsis folio gloriæ tuæ. Vers. Dñe si conuersus fuerit populus tuus, & egerit pœnitentiam veniensque orauerit in loco isto. Exaudias pre. Alia Añ. Hæc est domus Dñi firmiter ædificata benefundata est
supra

supra firmam petram. Vers. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesie laudabo te. Alia Añã. Vidit Iacob escalam; summitas eius cœlos tangebat & descendentes Angelos & dixit: vere locus iste sanctus est. Vers. Dñe dilexi decorem domus tuæ, & locū habitationis gloriæ tuæ. *Quibus finitis supra dictus prælatus stans iuxta principale portam ecclesie aut sub choro absolute dicat.* Ore. *Di-*
conus. Flectamus genua, *subdiaconus,* Leuate. Deus qui loca nomini tuo dicanda sanctificas, effunde super hanc orationis domū gratiam † tuā, vt ab omnibus hic nomē tuum inuocantibus auxiliū misericordiæ tuæ sentiatur. Per Christū &c.
Oremus. Flectamus gen. Leuate. Deus sanctificationum omnipotens Dominator, cuius pietas sine fine sentitur. Deus qui cœlestia simul & terrena cōplecteris; seruās misericordiā tuā populo tuo ambulanti ante conspectū gloriæ tuæ, exaudi preces seruorum tuorū, vt sine oculi tui aperti super domū istā die ac

Benedictio Ecclesie

nocte. Hanc quoq. basilicam in honore
S. & victoriosissimæ Crucis, ac sanctissi-
mæ semperq. virginis Marię genitricis
Dei, & Dñi nostri Iesu Christi, nec nõ, &
beatissimi patris N. Francisci de Paula
sacris ministerijs institutam, clemētissi-
mus dedica, miseratus illustra, proprio
splendore, clarifica, omnemq. hominē
venientem adorare te in loco isto placa-
tus admitte, propitius dignare respice-
re, & propter nomen tuū magnū, & ma-
num tuā fortem, & brachium tuum ex-
cellum, in hoc tabernaculo tuo suppli-
cantes, libens, protege, dignanter exau-
di, & æterna defensione cōserua, vt sem-
per felices, semperq. in tua religione læ-
tantes, constanter in sanctæ Trinitatis
confessione, fide catholica perseuerēt.
Per Dñm &c. *Hic mutet tonū in modū pra-*
fatiy. Dñs vobiscū. Ref. Et cum. Vers. Sur-
sum corda. Ref. Habemus ad Dñm. Vers.
Gratias agamus Dño Deo nostro. Resp.
Dignum & iustum est. Vere dignum &
iustum est, æquum & salutare. Nos tibi
semper

semper & vbique gratias agere. Domine sancte, Pater omnipotens, æternæ Deus. Adesto precibus nostris. Adesto sacramentis. Adesto etiam pijs famulorum tuorum laboribus, nobisque misericordiam tuam poscentibus. Descendat quoq. in hanc ecclesiam tuam quã sub inuocatione sancti nominis tui, in honore sanctæ Crucis, in qua coæternus tibi filius tuus Dominus noster Iesus Christus pro redemptione mundi pati dignatus est: & gloriosæ Mariæ sēper virginis, ac beati confessoris tui, & patris nostri Francisci de Paula indigni benedicimus, Spiritus sanctus tuus septiformis gratiæ libertate redūdans, vt quotiescunque in hac domo tua sanctum nomen tuum fuerit inuocatum, eorū qui te inuocauerint a te pio Domino preces exaudiantur. O beata & sancta Trinitas, quę omnia purificas, omnia mundas, omnia perornas. O beata maiestas Dei, quę cuncta contines, cuncta replet, cunctaque dispo-

Benedictio Ecclesie.

nis. O beata & sancta manus Dei, quæ omnia sanctificas, omnia benedicis, omnia locupletas. O Sancte sanctorum Deus, tuam clementiam, humillima devotione deposcimus; ut hanc ecclesiam tuam per nostræ humilitatis famularum, in honore sanctæ Crucis, virginisque matris tuæ Mariæ, & patris nostri, purificare, bene tunc dicere, & consecrare, perpetua sanctificationis tuæ veritate digneris. Hic, onera peccatorum solvantur, fidelesque lapsi reparentur. In hac ergo, quesumus, Domine domo tua gratia sancti Spiritus ægroti sanentur, claudi curentur, cæci illuminentur, omniumque peccatorum vincula absoluantur: ut omnes qui hoc templum beneficia iuste deprecaturi ingrediuntur, cuncta se impetrasse latentur, & concessa misericordia quæ precantur, perpetuo miserationis tuæ munere glorificentur. Per Dominum nostrum. Res. Amen. *Postea dicatur Missa de dedicatione ecclesie, vel de alio festo.*

ORDO



O R D O R E C O N C I -
ciliandi Ecclesiam.

P *R*alatus reconciliaturus Ecclesiam, indutus superpelliceo, & stola violacet coloris, precedentibus ceroferarijs cum cereis accensis, & aqua benedicta, accedit ad locum contaminatum, & dicit.

In nomine Pa tris, & Fi tris, & Spi ritus tris sancti. Amen. Añã. Asperges me Domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Psalm. Miserere mei Deus, secundum magnã misericordiam tuam. *Dicitur totum cum Gloria Patri, &c.*

Et dum Psalmus dicitur, sacerdos aspergit aqua benedicta locum pollutum, & repetita Antiphona, dicit. Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Vers. Et ne nos inducas in tentationem. Res. Sed liber. Vers. Domũ tuã Domine decet sanctitudo. Resp. In longitudine dierum. Vers. Domine exaudi orat. &c. Et clamor meus. Vers. Dominus vobiscũ. Resp. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Ordo reconciliandi ecclesiam.

Oremus.

Domine qui dixisti, domus mea, domus orationis vocabitur, domum istam sanguinis effusione, *vel*, spurcitijs contaminatam, mundare, & sancti † ficare digneris, ut omnium preces, & vota hoc loco ad te clamantium, clementer exaudias, & benignè perficias. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oremus.

Deus qui sacrandorum tibi auctor es munerum, effunde super hanc domum benedi † ctionem tuam, ut ab omnibus hic invocantibus nomen tuum defensionis tuæ auxilium sentiat. Per Christum dominum nostrum. Resp. Amen.

Oremus.

Deus qui omni loco, dominationis tuæ clemens, atque benignus dedicator, & sanctificator assistis, exaudi nos quæsumus per merita tuæ sanctæ passionis, & per intercessionem Beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium sanctorum cōcede, ut in posterum inviolabilis

lis

lis huius loci permaneat recōcialiatio:
& beneficia tua, ad te clamantes in hoc
sancto templo, & vbiq̄ue percipere me-
reantur. Qui viuis & regnas cum Deo
Patre, in vnitate Spiritus sancti Deus.
Per omnia sēcula sēculorū. Res. Amen.

*Deinde procedunt ad altare maius & sa-
cerdos dicit.* Vers. Sacerdotes tui induan-
tur iustitiam. Res. Et sancti tui exultēt.
Vers. Domine exaudi. Resp. Et clamor
meus. Vers. Dominus vobiscum. Res. Et
cum Spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens, sempiternus Deus, qui
superbis resistis, & gratiam præstas hu-
milibus: tribue quæsumus, vt non indig-
nationem tuam prouocemus elati: sed
propitiationis tuæ capiamus dona sub-
iecti. Per Dominum, &c. Res. Amen.

*Sed nota quod si ecclesia reconcilianda, est
consecrata, aqua debet esse benedicta ab Epis-
copo: si autem tantū est benedicta ecclesia,
non indiget aqua ab Episcopo benedicta, sed
sufficit aqua communiter benedicta.*

Nota

Ordo conferendi Eucharistiam

Nota etiam quod si benedictio, & reconciliatio Ecclesie sit solennis, fit vt in statutis nostris adnotatur,

Ordo conferendi fratribus infirmis

Eucharistiam.

Congregatis fratribus in capitulo vel sacristia, & sacerdos indutus amictu, alba, & stolla, vel superpelliceo, & stolla, & pluuiali, accedunt ad altare, vbi sacerdos dicit confessionem, vt in Breuiario: qua finita reuerenter accipit Sacramentum, & discedant omnes fratres in ordine ad cellam infirmi deferentes singuli candelas, recitantes. Psal. Misere te, vel alios ex pœnitentialibus, vel ex officio paruo Beate Maria, precedentibus, qui ferat Crucem, & qui campanulam, & qui aquam benedictam, & cum peruetum fuerit ad cellam fratris infirmi, sacerdos, dicat. *Ps. Pax huic domui. R.* Et omnibus habitantibus in ea.

Et deposito calice seu custodia super mensam, aspergat agrotum in modum Crucis, postea circumstantes aqua benedicta, dicens *Antiphonam*. Asperges me Domine hyssopo & mundabor, lauabis me & super niuem dealbabor. *Ps. Misere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Ps. Gloria Patri, &c. R.* Sicut erat, *Et repetitur Antiphona*. Asperges me.

Dicat deinde infirmus pro peccatis quotidianis confessionem, qua finita sacerdos dicat, *Misereatur tui: & Indulgentiam, &c.* Postea dicat absolutè hanc orationem.

Domini

Dominus Iesus Christus, qui dixit discipulis suis, quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata in cælo, & quæcurq. solueritis super terram, erunt soluta, & in cælo: de quorum quamuis indignos nos esse voluit, ipse tamen te absoluat ab omnibus peccatis, quæcûq. cogitatione, locutione, operatione egesti, & a nexibus peccatorum absolutum perducere dignetur ad regna cælorum, qui cum Patre, & Spiritu sancto &c.

Deinde sacerdos Crucem manu tenens facit sequentes interrogationes infirmo fratri, circa fidem quam professus est in Baptismo, ut eam confiteatur. Credis in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ, visibilibus, & inuisibilibus? Resp. Credo. *Sacerdos.* Credis in Iesum Christum Filium eius unicum? Resp. Credo. *Sacerdos.* Credis in Spiritum sanctum? Res. Credo. *Sacerdos.* Credis quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, sunt tres personæ, & vnus verus Deus? Resp. Credo. *Sacerdos.* Credis quod Dominus noster Iesus
Christus

Ordo conferendi Eucharistiam

Christus quatenus homo, conceptus est de Spiritu sancto, natus ex gloriosa Virgine Maria, ipsa virgine permanente ante partum, in partu, & post partum?

Re. Credo. Sacerdos. Credis quod passus est, crucifixus, et mortuus, pro nostra omniūq. salute? *Re. Credo. Sacerdos.* Cre-

dis quod sepultus est, et descendit ad inferos, atque inde animas sanctorum eduxit, quæ expectabant sanctum eius aduentum? *Res. Credo. Sacerdos.* Credis

quod tertia die resurrexit a mortuis: ascendit ad cælos: sedet ad dexteram Patris, et inde venturus est in fine mundi iudicare viuos et mortuos? *Resp. Cre-*

do. Sacerdos. Credis quod omnes sumus resurrecturi in proprijs corporibus, vt referat vnusquisq. præmium aut supplicium, prout gessit in corpore? *Resp. Credo.*

Postea offerat in firmo Crucem, vt osculetur eam, dicens. Adoramus te Christe, et benedicimus tibi, quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Acce-

*Accedat statim sacerdos ad mensam, genu
flectat, accipiat corpus Christi, & ostendat il-
lud ijs, qui adsunt: & rursus interroget infir-
mum dicens. Superest vt confitearis sanc-
tæ Ecclesiæ Catholicæ sacramenta, per
quæ salutem cõsequimur. Credis quod
in Ecclesia catholica, quæ est vnio fide-
lium christianorum, per Baptismum, et
cætera sacramenta remittuntur nobis
peccata, et instituimur hæredes vitæ
æternæ? Respon. Credo. Sacerdos. Credis
quod vi verborum consecrationis, quæ
Christus dixit in vltima cœna, et cuius
sacerdos rite ordinatus, quantũuis pec-
cator, et indignus profert, conuertitur
substantia panis in corpus Christi, et sub-
stantia vini in eius sanguinem? et quod
ego nunc id quod meis manibus teneo
est verum corpus Christi? Res. Credo. Sa-
cerdos. Ad hæc remittis ex animo omni-
bus qui tibi iniuriã, aut molestiam intu-
lerunt? Res. Remitto. Sacerdos. Postulas
etiam veniam ab his, quos aliquando
verbo, vel facto offendisti. Res. Postulo.*

Aduerte

Ordo conferendi Eucharistiam.

Aduerte quod prædictæ interrogationes possunt redigi ad minorum numerem pro temporis necessitate. Deinde sacerdos dicit cum infirmo ter.

Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea. Deinde sacerdos porrigens corpus Domini infirmo dicat.

Accipe frater viaticum corporis Domini nostri Iesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducatur ad vitam æternam. Res. Amen.

Et postquam infirmus communicauit, sacerdos dicat.

Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam, Amen.

Postea abluat digitos super calicem, vino & aqua, vel alterutro, & præbeat infirmo, nihil dicens. Post viatici sumptionem sacerdos dicat.

Vers. Dominus vobis. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, æternæ Deus, fideliter deprecamur, vt accipienti fratri nostro sacrosanctum Corpus Domini nostri Iesu Christi filij tui, tam corporis quam animæ profit ad

teme-

remedium sempiternum. Amen.

Si infirmus ob aliquod impedimentum non est communicaturus, adoret sanctissimum Sacramentum: quod sacerdos teneat in manibus, & dicat.

¶ Adoro te Corpus Sàluatoris mei Iesu Christi, & benedico tibi, quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum, Domine redime animam meam.

Sacerdos communionem facta verbis suauibus admonèat infirmum, ut petat sacramentum extreme vnctionis, deinde sacerdos genu flectet, & accipiet custodiam corporis Christi, & eodem ordine quo venerat reuertantur in Ecclesiam dicend. Psal. Miserere, vel alios, ut dictum est supra, & cum peruenerint ad Ecclesiam, sacerdos ponit in medio altaris corpus Christi, & ostendit circumstantibus, & interim à fratribus cãtatur versus Hymni.

Tantum ergo sacramētum, veneremur
cernui &c. Vers. Panem de cœlo. Resp.
Omne delectamentum. Vers. Dominus
vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili, Passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue quæsumus, ita nos corporis, & sanguinis tui sacra mysteria venera-

R

ti, ve

Ordo conferendi Eucharistiam

ri, vt redemptionis tuæ fructum, in nobis iugiter sentiamus. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Res. Amen.

His finitis reponit Sacramentum in sacrario, & benedicit circumstantes, dicens.

Benedictio Dei Patris † omnipotentis, & Filij, & Spiritus sancti descendat super vos, & maneat semper. Resp. Amen.

Ordo conferendi fratribus sacramentum Extremae unctionis.

¶ Congregatis fratribus in Ecclesia, sacerdos indutus superpelliceo, & stola violacei coloris, accepit reuerenter à sacrario ampullam seu vas olei sancti, vt ferat fratri infirmo, & ita procedant omnes suo ordine, precedentibus qui luminaria, Crucem & aspersorium ferant alternatim recitantibus Psal. Miserere, vel alios pro libitu, & cum peruenerint ad cellam infirmi, dicat sacerdos. V. Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.

Deinde sacerdos habita temporis, & aegritudinis ratione graui, & prudenti oratione explicet res & effectus huius Sacramenti si infirmus audire possit.

¶ Padre y hermano mio, conformarse con la voluntad de Dios, á todos es saludable consejo, mas aora á vuestra reuerencia es cosa necessaria: para q̄ estan-

do como està oprimido desta graue enfermedad; por la diuina benignidad cõfiga primero salud del alma , y despues del cuerpo, si para seruir á nuestro Señor conuiniere. Recibimos la vida prestada , y assi quando la magestad de Dios nuestro Señor nos la pide , auemosla de boluer de buena gana, y si V. R. se le ha llegado el tiempo de pagar esta deuda, alegrese, pues sale de los trabajos y miserias de la vida humana : y de q̃ junto con la carga del cuerpo , se dexa la costũbre de pecar. Passara padre mio desta vida, fauorecido con el socorro de los sacramentos, lo qual se ha de estimar por celestial merced, pues quãtas vezes los ha recebido, tantas vezes à sido vngido y adornado con la sangre de Iesu Christo nuestro Señor. Seguro pues (quãto la humana fragilidad puede alcãçar) yrà al cielo, conoceranle los Angeles, saldrãle a recibir los bienauenturados , y la santissima Virgen Maria nuestra Señora le abraçarà y lleuarà a su

Manuale Minimorum

hijo, con cuya señal està señalado. Cõ la vnció deste santo sacramento, la gracia se acrecienta, los pecados veniales se perdonan, las enfermedades del alma y reliquias del pecado sanan, y el alma se enllena de alegría. significada en este santo azeyte, vngense las partes principales del cuerpo: porque las ofensas que se han hecho por vicio de los sentidos, se sanen con esta diuina medicina. Sale el hombre mas fuerte para luchar con el Demonio, y para librarse de sus laços: porque siempre pone sus mayores afechanças al remate de la vida. Mas plazera à nuestro Señor librarle deste mal, si conuiene para la salud del alma: porque esta virtud le es dada a este Sacramento, como dize el Apóstol Santiago. Mas no ha de tener grande esperança ni desseo de la vida, porque algo no afloxe en el cuydado que es razon tener de la salud del alma: ni tampoco ha de estar desconfiado della, porque no parezca que se menosprecia la gracia

gracia deste Sacramento , llegue con aquella fè à ser vngido, con que los que para recibir salud llegauan a los Apóstoles: y no dude, que las santas oraciones con que inuocamos la diuina misericordia en persona de la Iglesia , y de Christo nuestro Señor, las oyga su diuina Magestad , pues ninguna cosa mas deseò que la salud de los fieles: a el sea la honra y gloria en los siglos de los siglos. Amen.

Deinde sacerdos, in modum crucis aspergat egrotum aqua benedicta, dicens Antiphonam.

Asperges me Domine. Vers. Misere mei Deus. Vers. Gloria. & Sicut erat. *Et repetita Antiphona.* Asperges me Domine, *accedens iuxta egrotum dicat.* Vers. Adiuutorium nostrum in, Resp. Qui fecit. Vers. Dominus vobis. Res. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Introeat Domine Iesu Christe domum hanc, sub nostræ humilitatis ingressu: æterna felicitas, diuina prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa, sa-

R 3 nita^s

Manuale Minimorum.

nitas sempiterna : effugiat ex hoc loco
accessus daemonum : adsint Angeli pa-
cis, domumque hanc deserat effugata
discordia. Magnifica Domine super nos
nomen sanctum tuum, & bene † dic no-
stræ conuersationi, & sanctifica nostræ
humilitatis ingressum : qui sanctus &
pius es, & permanes cum Patre, & Spiri-
tu sancto in secula seculorū. Resp. Amē.

Oremus.

¶ Deprecemur Dominum nostrum
Iesum Christum, vt bene † dicendo
benedicat hoc tabernaculum, & om-
nes habitantes in eo, & det eis Ange-
lum bonum custodem, & faciat eos sibi
seruire, ad considerandum mirabilia de
lege sua. Auertat ab eis omnes contra-
rias potestates, eripiat eos ab omni for-
midine, & ab omni perturbatione, ac
sanos in hoc tabernaculo custodire dig-
netur. Qui cum Patre & Spiritu sancto
viuit & regnat in secula seculorum.

Resp. Amen.

Oremus.

Exaudi nos Domine sancte, Pater
omni-

omnipotens, ætern^e Deus, & mittere digneris sanctum angelum tuum de cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. &c. Amen.

Mox egrotus vel alius pro eo dicat. Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ &c. *Sacerdos.* Misereatur tui, & Indulgentiam, absolutionem &c.

Et statim absolute dicat hanc precationem.

Deus omnipotens Saluator, & Redēptor generis humani, qui apostolis suis dedit ligandi, atq. soluendi potestatem, ipse te absolueri dignetur, à cunctis iniquitatibus tuis: & quantum meæ fragilitati, permittitur, auxiliante ipso, sis absolutus ante faciem illius. Qui viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Tunc presbyter & ministri, si ad sint dicant Psalmos pœnitentiales, dum autem Psalmi dicuntur, Sacerdos intincto pollice in oleo sancto, peragat vñctiones. Possunt etiam Psalmi legi, peractis vñctionibus. Sacerdos absolute dicat hanc orationem.

Manuale Minimorum.

In nomine Pa tris, & Fi tris, & Spi ritus tris sancti, extinguitur in te omnis virtus diaboli, per impositionem manuum nostrarum, immo per invocationem omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul sanctorum. *Re.* Amen.

Deinde, egrotus inungitur in partibus subscriptis, cum oleo sancto in modum Crucis: & ad unamquamque unctionem, simul dicendo, & unguendo, sacerdos propriam orationem dicat, quae est forma huius sacramenti. ¶ *Primum ad oculos.*

Per istam sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccasti per visum. *Resp.* Amen.

Minister cum stappa locum unctum tergat, reponens eam in catino, vel vase mundo: & sic fiat per singulas unctiones.

Ad aures.

Per istam sanctam unctionem & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccasti, per auditum. *Resp.* Amen.

Ad

Ad nares.

Per istam sanctam vnctio † nem, & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccasti per odoratum. Resp. Amen.

Ad os siue labia.

Per istam sanctā vnctio † nē, & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccasti per gustum, vel loquutionem Res. Amen.

Ad manus.

Per istam sanctam vnctio † nem, & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccasti per tactum. Resp. Amen.

Ad pedes.

Per istam sanctam vnctio † nem, & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccasti per incessum. Resp. Amen.

Ad lumbos seu renes.

Per istam sanctam vnctio † nem, & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti
per

Manuale Minimorum.

per ardorem libidinis. Ref. Amen.

¶ His peractis postquam dicti fuerint Psalmi poenitentia, ut in Breuiario a fratribus circumstantibus sacerdos dicat litaniam.

KYrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus. Miserere ei.

Fili Redēptor mūdi Deus. Miserere ei.

Spiritus sancte deus. Miserere ei.

Sancta Trinitas vnus deus. Miserere ei.

Sancta Maria. ora pro eo.

Sancta Dei genitrix. ora pro eo.

Sancta virgo virginum. ora pro eo.

Sancte Michael. ora pro eo.

Sancte Gabriel. ora pro eo.

Omnes sancti Angeli & Archangeli.

orate pro eo.

Omnes sancti beatorum Spirituum or-

dines. orate pro eo.

Sancte Ioannes Baptista. ora pro eo.

Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ.

orate pro eo.

Sancte Petre. ora pro eo.

Sancte

Sancte Paule.	ora.
Sancte Andrea.	ora.
Sancte Iacobe.	ora.
Sancte Ioannes.	ora.
Sancte Thoma.	ora.
Sancte Iacobe.	ora.
Sancte Philippe.	ora.
Sancte Bartholomæ.	ora.
Sancte Matthæ.	ora.
Sancte Simon.	ora.
Sancte Thadæ.	ora.
Sancte Mathia.	ora.
Sancte Barnaba.	ora.
Sancte Luca.	ora.
Sancte Marce.	ora.
Omnes sancti Apostoli & Euangelistæ.	
orat. pro eo.	
Omnes sancti Discipuli Domini.	orate
pro eo.	
Omnes sancti Innocentes.	orate.
Sancte Stephane.	ora.
Sancte Laurenti.	ora.
Sancte Eugeni.	ora.
Sancte Vincenti.	ora.
	Sancte

Manuale Minimorum.

Sancti Fabiane, & Sebastiane.	orate.
Sancti Ioannes, & Paule.	orate.
Sancti Cosma, & Damiane.	orate.
Sancti Geruasi, & Prothasi.	orate.
Omnes sancti Martyres.	orate.
Sancte Syluester.	ora.
Sancte Gregori.	ora.
Sancte Ambrosi.	ora.
Sancte Augustine.	ora.
Sancte Hieronymo.	ora.
Sancte Isidore.	ora.
Sancte Illephonse.	ora.
Sancte Martine.	ora.
Sancte Nicolae.	ora pro.
Omnes sancti Pontifices, & Confesso- res.	orate.
Omnes sancti Doctores.	orate.
Sancte pater Francisce de Paula.	ora.
Sancte Benedicte.	ora.
Sancte Antoni.	ora.
Sancte Bernarde.	ora.
Sancte Dominice.	ora.
Sancte Francisce.	ora.
Oēs sancti Monachi, & Eremitæ.	orat.
	Omnes

Omnes sancti sacerdotes, & Leuitæ.
orat.

Sancta Anna. ora.

Sancta Maria Magdalena. ora.

Sancta Agatha. ora.

Sancta Lucia. ora.

Sancta Agnes. ora.

Sancta Cæcilia. ora.

Sancta Catharina. ora.

Sancta Anastasia. ora.

Omnes sanctæ Virgines, & viduæ. orat.

Omnes sancti & sanctæ Dei. intercedi-
te pro eo.

Propitius esto. parce ei Domine.

Propitius esto. exaudi nos Domine.

Ab omni malo. libera eum Domine.

Ab omni peccato. libera.

Ab ira tua. libera.

A subitanea, & improuisa morte. libera.

Ab insidijs diaboli. libera.

Ab ira, & odio, & omni mala voluntate.

libera.

A spiritu fornicationis. libera.

A morte perpetua. libera.

Pet

Manuale Minimorum.

Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ.	libera.
Per Aduentum tuum.	libera.
Per Natiuitatem tuam.	libera.
Per Baptismum, & sanctum ieiunium tuum.	libera.
Per crucem & Passionem tuam.	libera.
Per mortem, et sepulturam tuã.	libera.
Per sanctam resurrectionem tuã.	libera.
Per admirabilẽ ascensionem tuã.	libera.
Per aduentum Spiritus sancti Paracle- ti.	libera.
In die Iudicij.	libera.
Peccatores.	Te rogamus audi nos.
Vt ei parcas.	te rogamus audi nos.
Vt ei indulgeas.	te rogamus audi nos.
Vt ad veram pœnitentiam eum perdu- cere digneris.	te rogamus.
Vt mentem eius ad cœlestia desideria erigas.	te rogamus.
Vt nos exaudire digneris.	te rogamus.
Fili Dei.	te rogamus.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi. parce ei Domine.	

Agnus

Agnus Dei qui tollis peccata mundi.
exaudi nos Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi.
miserere ei.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Kyrie eleison. Christe eleyson. Kyrie

eleison. Pater noster. *Secreto.* Vers. Et ne

nos inducas. Ref. Sed libera nos. Vers. Sal

uū fac seruū tuū. Ref. Deus meus. Vers.

Mitte ei Dñe auxiliū. R. Et de Sion tue

re. V. Esto ei Dñe turris. R. A facie. V. Ni

hil proficiat inimicus. Ref. Et filius ini

quitatis. Vers. Dñe exaudi orationem.

Resp. .Et clamor. Vers. Dñs vobiscum.

Ref. Et cum spiritu tuo. Oremus

Dñe Deus , qui per Apostolum tuū

loquutus es: infirmatur quis in vobis,

inducat presbyteros ecclesiæ, & orent

super eum, vngentes eum oleo sancto

in nomine Dñi, & oratio fidei saluabit

infirmū: & alleuiabit eum Dñs, & si in

peccatis sit, dimittentur ei: cura quæ-

sumus Redemptor noster, gratia Spiri-

tus sancti lāguores huius infirmi, & sua
sana

Manuale Minimorum.

sana vulnera, eiusque dimitte peccata:
atque dolores cunctos cordis & corpo-
ris ab eo expelle: plenamq. interius ex-
teriusq. sanitatem misericorditer red-
de: vt ope misericordiae tuae restitutus,
ad pristina reparetur officia. Qui cum
Patre, & Spiritu sancto, viuis & regnas
in secula, seculorum. Resp. Amen.

Oremus.

Respice quæsumus Domine famu-
lum tuum. N. fratrem nostrum, infirmi-
tate sui corporis laborantem: & animã
refoue quam creasti: vt castigationibus
emundatus, se tua sentiat medicina sal-
uatum. Per Christum dominum nostrũ.
Resp. Amen.

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens,
æternæ Deus, qui benedictionis tuæ gra-
tiam ægris infundendo corporibus, fac-
turã tuam multiplici pietate custodis:
ad inuocationem tui nominis benignus
assiste, vt famulum tuũ. N. ab ægri-
tudine liberatum, & sanitati donatum,
dextera tua erigas, virtute confirmes,
potesta-

potestate tuearis, atq. ecclesiæ tuæ, sanctisq. altaribus tuis; cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Ref. Amen. Orem.

Dominus Iesus Christus apud te sit, vt te defendat: intra te sit, vt te reficiat: circa te sit, vt te conseruet: ante te sit, vt te deducat: post te sit, vt te custodiat super te sit, vt te benedicat. Qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in secula seculorum. Ref. Amen.

His peractis relicta Cruce coram infirmo, reuertitur ad ecclesiam ordine suo, vbi oleum ponatur in sacramento, & stappa proyiciatur in ignem.

Ordo sepeliendi fratres ac etiam laicos.

Sacerdos indutus alba, cingulo, stola & pluuiali nigri coloris, vel superpelliceo, & stola, & pluuiali, fratribus congregatis procedunt in ordine ad locum vbi iacet corpus. procedente Cruce cum luminaribus, & ibi cantatur hoc Responsor. Subuenite sancti Dei, occurrite Angeli Domini. * Suscipientes animam eius: * Offerentes eam in conspectu Altissimi. Verſ. Suscipiat te Christus, qui vocauit te: & in sinum Abrahæ Angeli deducant te. * Suscipientes. Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. * Offerentes. Kyrie.

S Christe

Manuale Minimorum.

Christe. kyrie. Sacerdos dicat alta voce. Pa-
ter noster.

Quod prosequuntur omnes secreto, interim
sacerdos aspergit corpus defuncti, & postea di-
cit. Vers. Et ne nos inducas. Resp. Sed li-
bera. Vers. Requiem æternam. Resp. Et
lux perpetua. Vers. A porta inferi. Resp.
Erue Domine. Vers. Requiescat in pa-
ce. Resp. Amen. Vers. Domine exaudi.
Resp. Et clamor. Vers. Dominus vobis-
cum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Tibi Domine commendamus ani-
mam famuli tui. N. vt defunctus seculo,
tibi viuat, & quæ per fragilitatem hu-
manæ conuersationis peccata commis-
sit: tu venia misericordissimæ pietatis
absterge. Per Christum dominum nos-
trum. Resp. Amen.

Finita oratione portatur corpus ad Ecclesiam or-
dinata processione, & posito in medio ecclesie, si fuerit
mane dicatur integra agenda defunctorum cum Mis-
sa, vel saltim primum nocturnum, secundum verbum, & ter-
tium dicentur postea pro tæboris oportunitate. Quibus
finitis, sacerdos absolute sine oremus dicat hanc oratio-
ne. Non intres in iudiciu cum seruo tuo

Domine

Domine, quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua iudicabilis sententia præmat, quem tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat; sed gratia tua illi succurrente, mereatur euadere iudicium ultionis, qui dum viueret insignitus est signaculo sanctæ Trinitatis. Qui viuis & regnas in secula seculorum. Resp. Amen.

Finita hac oratione cantatur. Resp. Subuenite. vt supra: & dicto Kyrie eleison. dicit alta voce. Pater noster, & interim sacerdos aspergit corpus, & accepto thuribulo de manu eiusdem ministri incensat corpus defuncti circumiens tumulum facta cruce inclinatione, & cum ad suum locum peruenerit dicit, alta voce.

Verf. Et ne nos inducas in tentatio. Ref. Sed libera. Verf. A porta. Ref. Erue. Ver. Requiescat. Ref. Amē. Ver. Dñe exaudi. Ref. Et clamor. Ver. Dñs vobis. Ref. Et cū spiritu. Oremus. Deus, cui omnia viuūt & cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius: te sup-

Manuale Minimorum.

plices deprecamur, vt suscipi iubeas animam famuli tui. N. per manus sanctorum Angelorum deducendam in finem amici tui Abrahamæ Patriarchæ, resuscitandamq. in nouissimo iudicij magno die: & quidquid vitiorum fallente diabolo contraxit, tu pius & misericors abluas indulgendo. per Christum Dominum nostrum. Res. Amen.

¶ Finita oratione, cantatur secundum Responsorium, quod tantum dicitur in funere fratris, vel clerici sacris initiati.

Resp. Ne recorderis peccata mea Domine, dum veneris iudicare seculum per ignem. Vers. Dirige Domine Deus meus, in conspectu tuo viam meam. * Dum veneris. Vers. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. * Dum veneris. kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. Pater noster. *Aspergit & incensat corpus defuncti, vt sup. postea dicit.* Vers. Et ne nos inducas. Resp. Sed libera. Vers. A porta inferi. Resp. Erue Domine. Ver. Requiescat. R. Amē. Vers.

Verf. Domine exaudi orationem. Resp.
Et clamor. Verf. Dominus vobiscum.
Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Fac quæsumus Domine, hanc cum
feruo tuo, N. defuncto misericordiam,
vt factorum suorum in pœnis non reci-
piat vicem, qui tuam in votis tenuit vo-
luntatem; vt sicut hic eum vera fides
iunxit fidelium turmis, ita illic eum tua
miseratio, societ Angelicis choris. Per
Christum dominum nostrum. Res. Amen.

Qua finita oratione cantatur hoc responsoriũ.

Resp. Libera me Domine de morte
æterna in die illa tremenda. * Quando
cœli mouendi sunt, & terra. * Dum ve-
neris iudicare sæculum per ignem. Ver.
Tremens factus sum ego, & timeo, dũ
discussio venerit, atque ventura ira. *

Quando. Verf. dies illa, dies iræ: calami-
tatis & miseræ, dies magna & amara
valde. * dum veneris. Verf. Requiem
æternam dona eis domine, & lux perpe-
tua luceat eis, Resp. Libera me Domine.

Manuale Minimorum.

Kyrie eleisō. Christe eleison. kyrie elei
son. *Sacerdos dicat alta voce. Pater noster.*

¶ *Aspergit & incensat corpus defuncti, vt su-
pra. Deinde dicat. Vers. Et ne nos inducas.*

Ref. Sed libera nos. Vers. A porta inferi.

Resp. Erue Domine animam. Vers. Re-

quiescat in pace. Ref. Amen. Vers. Domi-

ne exaudi. Ref. Et clamor. Vers. Dñs vo-

biscum. Ref. Et cum spiritu. Oremus.

Absolue quæsumus Domine, animã
famuli tui. N. vt defunctus seculo tibi
vuiat: & que per fragilitatem carnis, hu
mana conuersatione commisit, tu venia
misericordissimæ pietatis absterge. Per
Christum Dominum nostrum. Respon.
Amen.

¶ *Finita Oratione deportatur corpus ad tumu-
lum campanis pulsantibus, & interim cantan-
tur sequentes Antiphona. Antiphona.*

In paradisum deducant te Angeli, in
tuo aduentu suscipiant te Martyres,
& perducant te in ciuitatem sanctam
Hierusalem. *Antiphona. Chorus Ange-
lorum te suscipiat, & cum Lazaro quõ-
dam*

dam paupere æternam habeas requiẽ.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ego sum resurrectio, & vita, qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet: & omnis qui viuit, & credit in me non morietur in æternum.

Canticum Zachariæ, Luc. i.

Benedictus Dominus Deus Israel, &c. *Quo dicto per totum, & in fine. Vers. Requiem æternam, repetitur. Antiphona, Ego sum resurrectio.*

Dum autem chorus dicit canticum cum Antiphona, sacerdos cum feretro stet iuxta tumulum, & benedicat illum hac oratione, incipiendo absolute.

Deus qui fundasti terrã, formasti cęlos, qui loca sideribus stabilita fixisti; qui captiuũ laqueo mortis hominem, lacrimæ ablutione reparasti; qui sepultos Abraham, Isaac, & Iacob, in spelunca duplici, in libro vitæ atque gloriæ annotasti benedicendos, ita bene † dicere digneris hunc tumulum famuli

Manuale Minimorum

tui, N. vt cum requiescere facias: & in
finu Abrahæ, Isaac, & Iacob collocare
digneris, qui Dominum nostrum Iesum
Christum, cōtritis laqueis infernorum
resurgere, suorumq. in se credentium
membra, resuscitati voluisti. Respice
domine super hanc fabricam sepulturæ,
descendat ad eam Spiritus tuus sanc-
tus, vt te iubente sit in hoc loco famulo
tuo quæta dormitio, & tempore iudi-
cij cum sanctis tuis omnibus, vera resus-
citatio præstante eodem domino nostro
Iesu Christo. Qui tecum, & cum Spiri-
tu sancto, viuit & regnat in sæcula, sæ-
culorum. Resp. Amen.

*¶ Lecta oratione aspergit corpus defuncti & tumu-
lum. Postea incensat, ministro porrigente aspersorium
& thuribulum. Et mox sepelitur religiose de more
corpus: quo sepulto, & à choro post canticum, Anti-
phona Ego sum, repetita, sacerdos dicit alta voce.
Pater noster: & omnes sub silentio prosiquuntur, in-
terim sacerdos aspergit tumulum aqua benedicta.
Deinde dicit.*

*Verf. Et ne nos inducas. Ref. Sed libera,
Verf. Non intres in iudicium cum seruo*

tuo

tuo domine. Resp. Quia non iustificabi-
 tur. Vers. A porta inferi. Resp. Erue do-
 mine. Vers. Requiescat. Respon. Amen.
 Vers. domine exaudi orationem, Resp.
 Et clamor meus. Vers. Dominus vobis-
 cum. Resp. Et cum spiritu tuo,

Oremus.

Satisfaciat tibi, quæsumus Domine
 Deus noster, pro anima famuli tui. N.
 Beatissimæ Dei genitricis, semperque
 Virginis Mariæ, & beatorum Apostolo-
 rum Petri, & Pauli, omniumque sancto-
 rum tuorum oratio, & præsentis fami-
 liæ tuæ, humilis & deuota supplicatio: vt
 peccatorū omniū veniam, quam pre-
 camur obtineat, nec eam patiaris cru-
 ciari gehennalibus flammis, quam filij
 tui Domini nostri Iesu Christi pretioso
 sanguine redemisti. Qui tecum & cum
 Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula
 sæculorum. Resp. Amen. Vers. Dominus
 vobiscum. Res. Et cum spiritu tuo. *Pos-
 tea sacerdos dicat.* Anima eius & animæ
 omnium fidelium defunctorum, per mi-
 seri-

Manuale Minimorum.

sericordiam Dei requiescant in pace.
Resp. Amen.

¶ *Et reuertentes ad medium Ecclesie cantent Responsorium.* Memento mei Deus, quia ventus est vita mea, nec aspiciat me visus hominis. Vers. De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. *Nec aspiciat me. Vers. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. *Nec aspiciat me. Kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. *Sacerdos dicit.* Pater noster. Vers. Et ne nos. Vers. A porta inferi. Vers. Requiescant in pace. Res. Amen. Vers. Domine exaudi. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui, vt defunctus seculo tibi viuat: & quæ per fragilitatem humanæ conuersationis peccata commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum Resp. Amen.

In

¶ In hoc officio sepultura aduertat sacerdos qualitatem defuncti, si enim fuerit frater & sacerdos, quoties in orationibus dicitur animam famuli tui. N. debet etiam addere fratri nostri Sacerdotis: Si vero sacerdos non sit, dicat fratri nostri. Quando autem laicus sepelitur, nominet si nomen sciat, si vero fuerit mulier mutet, terminationem sexus.

Ordo sepeliendi paruulos baptizatos.

¶ Paruuli defuncti, qui nondum fuerunt doli capaces, sunt sepeliendi hoc ordine. In domo antequam pueri corpus educatur, dicitur *Antiphona*.

Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Psalm. 112. Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Dicatur per totum cum Gloria Patri, & repetitur *Antiphona*.

Sit nomen Domini. Vers. Hic accipiet benedictionem à Domino.

Resp. Et misericordiam à Deo salutari suo. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

Vers. Et ne nos inducas in tentationem.

Resp. Sed libera nos a malo.

Vers.

Manuale Minimorum.

Vers. Me autem propter innocentiam suscepisti.

Resp. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Vers. Domine exaudi orationem. Res. Et clamor meus. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotens, & mitissime Deus: qui omnibus paruulis renatis fonte baptifmatis, dum migrant a sæculo sine vllis eorũ meritis, vitam illico largiris æternam, sicut animæ huius paruuli credimus te fecisse: fac nos, quæsumus Domine, per intercessionem beatæ Mariæ virginis, & omnium electorũ tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari, & in paradiso beatis paruulis perenniter sociari. Per Christum dominum nostrum. Resp. Amen.

¶ *Deinde portatur corpus pueri ad Ecclesiam. Inter eundum cantant fratres Antiphonam sequentem, cum Psalmo, versiculis & oratione.*

Antiphona. Iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus, laudate Dominum de

de cælis. Psal. 148. Laudate Dominum
de cælis: laudate eum in excelsis. *totum*
cum Gloria Patri. *Et repetitur* Antiphona.
Iuvenes & virgines. kyrie eleison. Chris-
te eleison. kyrie eleison. Pater noster.
Vers. Et ne nos. Resp. Sed libera. Vers.
Sinire paruulos venire ad me. Resp. Ta-
liu est enim regnu cæloru. Vers. Domi-
ne exaudi. Resp. Et clamor meus. Vers.
Dominus vobiscum. Res. Et cum spiri-
tu tuo. Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, sanc-
tæ puritatis amator, qui animam huius
paruuli ad cælorum regnum, hodie mi-
sericorditer vocare dignatus es: digne-
ris etiam ita nobiscum misericorditer
agere, vt meritis tuæ sanctissimæ passio-
nis, in eodem regno, nos cum omnibus
sanctis, & electis tuis, semper facias con-
gaudere. Qui viuis & regnas cum Deo
Patre in vnitate Spiritus sancti Deus,
per omnia secula seculorum. Res. Amē.

¶ *Quæ omnia repetantur quoties fuerit opus.*
Et cum corpus est in Ecclesia, portatur statim

ad

Manuale minimorum.

ad tumultum: quem sacerdos aspergit aqua benedicta. interim cantatur a fratribus. Añā.

Benedicite Dominum omnes electi eius, agite dies lætitiæ & confitemini illi.

Et statim dicitur, canticum, Benedicite omnia opera domini Domino: totum non dicitur Gloria Patri. neq. Amen, & repetitur Antiphona, Benedicite.

Vers. Dominus vobiscum. Res. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus qui miro ordine, Angelorum ministeria, hominūq. dispensas: concede propitius, vt quibus tibi ministrantibus in cœlo semper assistitur, ab ijs in terra vita nostra muniatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum qui tecum viuit & regnat in vniuersitate Spiritus sancti Deus, &c.

Vers. Dominus vobiscum.

Res. Et cum spiritu tuo. Vers. Benedicamus Domino.

Res. Deo gratias.

Vers. Fidelium animæ per misericordiam

diam

diam Dei, requiescant in pace. Respon.
Amen.

Suffragia Capituli.

Charissimi patres, & fratres recomēdo vobis statū sanctæ matris Ecclesiæ, Summum Pontificem, Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, & omnes de ecclesiastico statu. Recommēdo etiam vobis brachium seculare, videlicet, Regem, Reginam & omnes de sanguine regio. Etiam recomendo vobis parentes, amicos, fundatores, & omnes benefactores nostros, tam viuos quam defunctos, pro quibus & omnibus alijs dicamus suffragia assueta.

Suffragium.

Psalm. Ad te leuavi oculos meos:
per totum cum Gloria Patri Antiphona.
Ne reminiscaris Domine delicta nostra, &c. kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. Pater noster. Vers. Et ne nos inducas. Resp. sed libera nos a malo. Versus. Oremus pro Papa nostro. N. Protectore, Generali, Prouinciali-

Manuale Minimorum.

tialibus, Correctoribus, cæterisq; frat-
tribus nostris. Resp. Dominus conseruet
eos, & viuificet eos, & beatos faciat eos
in terra, & non tradat eos in manus ini-
micorum suorum. Vers. Oremus pro
Rege nostro. N. Res. Domine saluū fac
Regē, & exaudi nos in die qua inuoca-
uerimus te. Vers. Oremus pro parenti-
bus, fundatoribus, procuratoribus, cete-
risque benefactoribus nostris. Resp. Re-
tribuere dignare Domine omnibus no-
bis bona facientibus &c. Vers. Oremus
pro fidelibus defunctis. Resp. Requiem
æternam. Vers. Requiescāt in pace. Res.
Amen. Vers. Domine exaudi. Resp. Et
clamor. Vers. Dominus vobiscum. Resp.
Et cum spiritu tuo. Oremus.
Ecclesie tue quesumus Domine, pre-
ces placatus admitte, vt destructis ad-
uersitatibus & erroribus vniuersis, secu-
ra tibi seruiat libertate. Oremus pro
beatissimo Papa nostro. N. vt Deus, &
Dñs noster, qui elegit eum in ordinem
Episcopatus, saluum atque incolumem
custo-

custodiat Ecclesiæ suæ ad regendū populum sanctum Dei.

Quæsumus omnipotens Deus, vt famulus tuus N. Rex noster qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, & vitiorum monstra deuitare, & ad te qui via veritas & vita es, gratiosus valeat peruenire.

Deus qui post baptismi sacramentum secundam ablutionem peccatorū eleemosynis indidisti: respice propitius super famulos tuos, pro quorum operibus tibi gratiæ referuntur: fac eos quæsumus præmio beatos, vt recipiant pro paruis magna, pro terrenis cœlestia, pro temporalibus sempiterna.

Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Concede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus perpetua mentis, &

T corporis

Manuale Minimorum.

corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Deus, qui superbis resistis & humilibus gratiam tribuis, exaudi preces nostras, & intercedente Beato P. Francisco de Paula confessore tuo, da nobis alta non sapere, sed maiestati tuæ humili semper corde seruire.

Fidelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus cōsequantur.

Deus à quo sancta desideria, recta consilia & iusta sunt opera, da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem, ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum. Ref. Amen.

Suffragia

Suffragia in electionibus ordinis.

Tempore electionis dicta Missa Spiritus sancti, conveniant fratres omnes vocales in Capitulo, vel ubi prelatolibuerit & ibi genibus flexis implorent omnes divina benedictionis auxilium, inchoante prelato hymnum, Veni creator Spiritus, per totum, vt habetur supra folio. 99. & statim prelatus dicat.

Vers. Spiritus Domini repleat corda nostra. Responso. Vt religioni nostræ sanctum eligamus Pastorem. Vers. Sufficit sibi Dominus sacerdotem fidelem. Respon. Qui iuxta cor suum & animam sit. Vers. Da pacem Domine in diebus nostris. Respon. Quia non est alius. &c. Vers. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. Respon. Vt digni. Vers. Ora pro nobis beate Francisce de Paula. Respon. Vt digni. Vers. Domine exaudi orationem meam. Respon. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Res. Et cum spiritu tuo. Oremus. Deus qui corda fidelium, &c. Protege Domine famulos tuos: subsidijs pacis: & beatæ Mariæ

V

semper

Manuale minimorum.

semper virginis patrocinio confidentes, a cunctis hostibus & periculis redde securos. Deus humilium celsitudo, &c. Supplici Domine humilitate de poscimus, ut religioni nostræ talem prælatum concedat tua immensa pietas, qui & pro amore tuo, ac studio in nos semper sit placitus, & tuo gregi pro salubri regimine ad gloriam tui nominis venerandus. Per Christum Dominum nostrum. Ref. Amen.

¶ Superior finito suffragio faciat hanc protestationem.

Protektor quod non intendo excludere aliquem admittendum; nec admittere quenquam excludendum.

Postea absoluat omnes dicto Confiteor Deo in hunc modum.

Si tenemini aliquo vinculo excommunicationis maioris vel minoris, interdicti vel suspensionis, in quantum se extendunt privilegia & gratiæ nostro ordini concessa vos omnes absoluo, in nomine Pa tris & Fi lii & Spiritus sancti.

† sancti. Amen. & sic procedant ad efectionem secundum ius & ordinis statura.

¶ Suffragia in nostro ordine fiunt secundum ordinem Breuiarij Romani, & tatum additur commemoratio Patris nostri, qua semper fit ante commemorationem de pace, & sequitur.

Ad Matutinum, Antiphona.

In sanctitate & iustitia Christi sequens vestigia: lōgum tulit martirium carnem domuit, mundi blandimenta contempsit, hostem que superbum, pauper & humilis fortiter dimicādo superauit. Vers. Iste pauper clamauit. Resp. Et Dominus exaudiuit eum.

Ad vespervas Antiphona.

Mundi contemptor, & carnis dominator, deuictis hostibus triumphat cum angelis coronatus. Vers. Magnificauit eum in conspectu regnum. Res. Et iussit illi coram populo suo.

Oratio.

Deus qui superbis resistis, & humilibus gratiā tribuis, exaudi preces nos-

T 3

nostras

Manuale Minimorum.

trās & intercedēte beato P. Fráncisco de Paula confessore tuo, da nobis alça non sapere, sed maiestati tuæ humili semper corde seruire.

Forma generalis absolutionis in Reconciliatio- nibus nostrarum festiuitatum.

¶ *Hæc generalis absolutio fit per totum ordinem nostrum in diebus solennibus vt dicit regula, & tunc conueniunt omnes fratres in Capitulo vel alibi, & habito exhortatorio sermone per prælatum, vel eius vicarium, & petita ab eis suorum defectum venia, fratres omnes prostrati dicant confessionem sacramentalem, & imposita à prælato pœnitentiæ loco salutatione angelica, dicat Misereatur vestri, &c. & statim proferat absolute hanc absolutionis formam.*

Si tenemini aliquo vinculo vel aliquibus vinculis, excommunicationis, suspensionis aut interdicti, in quātū se extēdunt gratiæ & priuilegia ordini nostro indulta, mihi cōmissa, & vobis cōcessa: ego absoluo vos & restituo vos sacrosanctis sacramētis ecclesiæ, cōmunioni, & vnitati fideiū. In nomine Pa † tris, & Fi † lij,

& Fi † lij, & Spiritus † sancti. Amen.
Item eadem authoritate, ego dispen-
so vobiscum super irregularitate, vel
irregularitatibus, siquam, vel si quas
contraxistis, & habilito vos executio-
ni ordinum, & officiorum vestrorum.
Item eadem authoritate, ego absoluo
vos ab omni transgressione regulæ, &
constitutionum, & ordinationum, &
admonitionum maiorum nostrorum,
& ab omni pænitentia oblita & neglec-
ta, & ab omnibus alijs, de quibus con-
suevit fieri absolutio in consimilibus
Capitulis, vel solennitatibus, vt sitis
absoluti hic, et ante tribunal Domini
nostri Iesu Christi, habeatisque vitam
æternam, et viuatis in sæcula sæculo-
rum, Amen.

*¶ Quæ finita in signum futuræ pacis se ad inui-
cem reconcilient cum osculo pacis: & ita reconciliati
sacram communionem percipere possunt.*

Manuale Minimorum.

¶ Forma absoluendi fratres in agone mortis, quæ absoluit ab omni casu pertinente ad Papam, auctoritate priuilegiorum ordinis.

Facta confessione dicat sacerdos. Misereatur, &c. Indulgentiam &c. & postea subiungat. Dominus noster Iesus Christus per merita suæ sacratissimæ passionis te absoluat, & gratiam suam tibi infundat, & ego auctoritate ipsius, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli & summorum Pontificum, mihi in hac parte commissa & tibi concessa, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris vel minoris, vel sententia suspensionis & interdicti, & dispense tecum in omni irregularitate si quam contraxisti: eadem auctoritate, ego absoluo te ab omni transgressione votorum tui ordinis, & statutorum Papalium, Generalium, Prouincialium, localium, synodaliū quorūcunq. Eadē auctoritate ego absoluo te ab omni diuino officio malè per soluto horis indebitè trāspositis, vel dimissis. Item eadē auctoritate
ego

ego absolute ab omnib' peccatis tuis quibus contra Deum fragilitate humana, ignorantia vel malitia deliquisti: concedens tibi remissionem, & indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum & cunctorū de quibus etiam non recordaris, in quā tum clauēs ecclesiæ se extendunt. Item eadem authoritate ego absolute à pœnis Purgatorij, quas pro peccatis & cōmissis, & delictis in hoc mundo perpetratis meruisti restituendo te illi innocentix in qua eras quando baptizatus fuisti. In nomine † Patris, & Fi † lij, et Spiritus † sancti. Amen. *Et addat statim.* Quod si hac vice non discesseris reseruo tibi hanc gratiam vsque ad extremum mortis tuæ articulum.

Modus absoluendi ab excommunicatione.

¶ Cum aliquis absolui debeat ab excommunicatione, prælatus uel eius vicarius ipsum sic absoluet, primo dicatur, Ps. Miserere mei Deus, totus cum Gloria Patri. Vers. Saluum fac seruum tuum Domine. Resp. Deus meus sperantem. Vers. Domine

exau.

Manuale Minimorum

exaudi orationem meam Resp. Et clamor meus
ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp.
Et cum spiritu tuo. Oremus.

¶ Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram, et famulum tuum quem excommunicationis sententia ligat, miseratio tuæ pietatis absoluat. Et ego auctoritate ipsius te absoluo à vinculo excommunicationis quam incurristi. In nomine Pa + tris, et Fi + lij, et Spiritus + sancti. Amen. *Et imponat ei salutarem poenitentiam.*

Sequuntur Processiones nostri Ordinis.

In festo Purificationis B. Mariae.

Finita Tertia, sacerdos indutus pluuiali violaceo & ministris indutis, procedit ad benedicendum candelas, secundum morem & ritum sanctæ Romane Ecclesie, & benedictione finita dignior ex fratribus accedit ad altare vel prelatus si ipse non celebrat & ab eo celebrans accipit candelam, postea celebrans distribuit candelas accensas primū digniori a quo ipse acceperat deinde Diacono & Subdiacono, postea singulis fratribus

bus per ordinem genu flectentibus & manum celebrantis de osculantibus, dum autem ceperit distribuere candelas, a choro cantantur sequentes Antiphona.

Antiphona. ¶ Lumen ad reuelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel. *Canticum.* Nunc dimittis seruum tuum Domine. Ita quod post quemlibet versum cantici, & post Gloria Patri, et Sicut erat, repetatur semper tota antiphona. Lumen ad reuelationem etc. His expletis cantatur sequens antiphona.

Antiphona. Exurge Domine adiuua nos, et libera nos propter nomen tuum. *Psal.* Deus auribus nostris audiuit: patris nostri annunciauerunt nobis. Ver. Gloria Patri et Filio, et Spiritui sancto. Exurge Domine etc. deinde dicat sacerdos. Oremus. & Diaconus (si infra Septuagesimam venerit hoc festum) dicat. Flectamus genua, Subdiaconus. Leuate. Oratio. Exaudi quæsumus Domine etc. ut in Missali. Deinde fit Processio & cantantur sequentes antiphone.

Anti-

Manuale Minimorum

Antiphona. Adorna thalamum tuum Sion, & suscipe regem Christum. amplectere Mariam, quæ est cælestis porta: ipsa enim portat regem gloriæ noui luminis subsistit virgo adducens manibus filium ante Luciferum genitum: quem accipiens Simeon in vlnas suas, prædicauit populis Dominum eum esse vitæ & mortis, & Saluatorem mundi.

¶ *Alia Antiphona.*

Responsum accepit Simeon à Spiritu sancto, non visurum se mortem nisi videret Christum Domini: & cum inducerent puerum in templum, accepit eum in vlnas suas: & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine in pace. Vers. Cum induceret puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: ipse accepit eum in vlnas suas.

¶ *Et ingrediendo Ecclesiam cantatur hoc responsorium.*

¶ Obtulerunt pro eo Domino par-
turturum: aut duos pullos columba-

rum.

rum. Sicut scriptum est in lege Domini. Vers. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundum legem Moy si, tulerunt illum in Hierusalem: ut sisterent eum Domino. * Sicut scriptum est. Vers. Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Sicut scriptum.

Processio in die Palmarum.

¶ Completa tertia & aspersione aquæ facta ut moris est, celebrans indutus pluuiali violaceo, & ministri similiter, & ramis in cornu Episkopæ positis: à choro cantatur Antiphona.

Hosanna Filio David, benedictus qui venit in nomine Domini. O rex Israel: Hosanna in excelsis. Deinde sacerdos dicit. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus. Deus quem diligere &c. Postea legitur lectio. In diebus illis &c. & à choro cantatur pro graduali hoc Responsorium.

Resp. Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium & dixerunt: quid facimus quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent
in

Manuale Minimorum.

in eum. Et venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Vers. Vnus autem ex illis Caiphas nomine cum esset Pontifex anni illius, prophetauit dicens. Expedi vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum dicentes. Et venient Romani.

Vel aliud Res. In monte Oliueti orauit ad Patrem: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua. Vers. Vigilate et orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua.

Postea benedicuntur Rami & distribuuntur a sacerdotibus, & populo & interim a choro cantantur sequentes Antiphona. Antiphona.

Pueri Hebræorum portantes ramos Oliuatum obuiauerunt Domino, clamantes & dicentes: Hosanna in excelsis. *Alia Antiphona. Pueri Hebræorum* vesti-

vestimenta prosternebant in via, & clamabant dicentes: Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini.

Quod si non sufficiant, repetantur quousque ramorum distributio finiatur, & dicta a sacerdote oratione vltima, fiat statim processio, in qua cantentur sequentes Antiphona, vel omnes, vel aliqua, quousque durat processio.

Antiphona. Cum appropinquaret Dominus Hierosolymam, misit duos ex discipulis suis, dicens. Ite in castellum quod contra vos est: & inuenietis pulum asinae alligatum, super quem vultus hominum sedit, soluite, & adducite mihi. Si quis vos interrogauerit, dicitis opus Domino est. Soluentes adduxerunt ad Iesum: & imposuerunt illi vestimenta sua, & sedit super eum: alij expandebant vestimenta sua in via, alij ramos de arboribus sternebant: & qui sequebantur, clamabant: Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini: benedictum regnum Pa-

tris

Manuale Minimorum

tris nostri Dauid: Hosanna in excelsis
miserere nobis fili Dauid. *Alia Antiphona.* Cum audisset populus, quia Iesus ve-
nit Hierosolymā, acceperunt ramos pal-
marū: & exierunt ei obuiam, & clama-
bāt pueri dicētes. Hic est qui venturus
est in salutem populi. Hic est salus no-
stra & redēptio Israel. Quātus est iste
cui Troni & Dominationes occurrūt?
Noli timere filia Sion: ecce rex tuus ve-
nit tibi, sedens super pullū asinæ: sicut
scriptū est. Salue rex fabricator mun-
di, qui venisti redimere nos.

Alia Antiphona. Ante sex dies solennis
Paschæ, quando venit Dñs in ciuitatē
Hierusalē, occurrerūt ei pueri: & in ma-
nibus portabant ramos palmarum: &
clamabāt voce magna dicentes. Hosan-
na in excelsis: benedictus qui venisti in
multitudine misericordiæ tuæ. Hosan-
na in excelsis.

Alia Antiphona. Occurrerunt turbæ cū
floribus & palmis redemptor⁶ obuiam:
& victori triumphanti digna dant obse-
quia

quia. Filium Dei ore gentes prædicant,
et in laudem Christi voces sonant per-
nubila. Hofanna in excelsis.

Alia Antiphona. Cum Angelis, et pueris
fideles inueniamur, triumphatori mor-
tis clamantes : Hofanna in excelsis.

Alia Antiphona. Turba multa quæ conue-
nerat ad diem festum, clamabat Domi-
no: benedictus qui venit in nomine Do-
mini: Hofanna in excelsis.

*¶ In reuersione proceſſionis ad eccleſiam, duo vel qua-
tuor cantores intrant, & clauiſo oſtio verſa facie ad
proceſſionem, incipiunt. Verſ. Gloria laus. & totum
decantant uſque ad Iſrael es tu rex, Sacerdos vero
cum alijs ſtātibus extra eccleſiam repetit illud idem.
Deinde ſtantes intus cantant verſus ſequentes, vel
omnes, vel partim. Et ſtantes extra, ad quoslibet
duos verſus reſpondent.*

Gloria, laus et honor tibi etc.

verſ. Gloria, laus et honor, tibi ſic
rex Chriſte Redemptor.

Cui puerile decus prompſit Hofanna
pium.

Iſrael es tu rex, Dauidis et inclyta pro-
les:

Manuale Minimorum.

¶ Forma absoluendi fratres in agone mortis, que absoluit ab omni casu pertinente ad Papam, auctoritate priuilegiorum ordinis.

Facta confessione dicat sacerdos. Misereatur, &c. Indulgentiam &c. & postea subiungat. Dominus noster Iesus Christus per merita suæ sacratissimæ passionis te absoluat, & gratiam suam tibi infundat, & ego auctoritate ipsius, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli & summorum Pontificum, mihi in hac parte commissa & tibi concessa, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris vel minoris, vel sententia suspensionis & interdicti, & dispenso tecum in omni irregularitate si quam contraxisti: eadem auctoritate, ego absoluo te ab omni transgressione votorum tui ordinis, & statutorum Papalium, Generalium, Prouincialium, localium, synodaliū quorūcunq. Eadē auctoritate ego absoluo te ab omni diuino officio malè per soluto horis indebitè trāspostis, vel dimissis. Item eadē auctoritate

ego absolute ab omnib' peccatis tuis quibus contra Deum fragilitate humana, ignorantia vel malitia deliquisti: concedens tibi remissionem, & indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum & cunctorum de quibus etiam non recordaris, in qua tum claves ecclesie se extendunt. Item eadem auctoritate ego absolute à poenis Purgatorij, quas pro peccatis & commissis, & delictis in hoc mundo perpetratis meruisti restituendo te illi innocentie in qua eras quando baptizatus fuisti. In nomine † Patris, & Fi † lij, et Spiritus † sancti. Amen. & addat statim. Quod si hac vice non discesseris reseruo tibi hanc gratiam vsque ad extremum mortis tue articulum.

Modus absoluendi ab excommunicatione.

¶ Cum aliquis absolui debeat ab excommunicatione, prelatus uel eius vicarius ipsum sic absoluet, primo dicatur, Pl. Miserere mei Deus, totus cum Gloria Patri. Vers. Saluum fac seruum tuum Domine. Resp. Deus meus sperantem. Vers. Domine

exau.

Manuale Minimorum

exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus
ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp.
Et cum spiritu tuo. Oremus.

¶ Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram, et famulum tuum quem excommunicationis sententia ligat, miseratio tuæ pietatis absoluat. Et ego auctoritate ipsius te absoluo à vinculo excommunicationis quam incurristi. In nomine Pa tris, et Fi lij, et Spiritus sancti. Amen. *Et imponat ei salutarem poenitentiam.*

Sequuntur Processiones nostri Ordinis.

In festo Purificationis B. Mariae.

Finita Tertia, sacerdos indutus pluuiali violaceo & ministris indutis, procedit ad benedicendum candelas, secundum morem & ritum sanctæ Romane Ecclesie, & benedictione finita dignior ex fratribus accedit ad altare vel prælatus si ipse non celebrat & ab eo celebrans accipit candelam, postea celebrans distribuit candelas accensas primū digniori a quo ipse acceperat deinde Diacono & Subdiacono, postea singulis fratribus

bus per ordinem genu flectentibus & manum celebrantis de osculantibus, dum autem ceperit distribuere candelas, a choro cantantur sequentes Antiphona.

Antiphona. ¶ Lumen ad reuelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel. Canticum. Nunc dimittis seruum tuum Domine. Ita quod post quemlibet versum cantici, & post Gloria Patri, et Sicut erat, repetatur semper tota antiphona. Lumen ad reuelationem etc. His expletis cantatur sequens antiphona.

Antiphona. Exurge Domine adiuua nos, et libera nos propter nomen tuum. Psal. Deus auribus nostris audiui mus: patris nostri annunciauerunt nobis. Ver. Gloria Patri et Filio, et Spiritui sancto. Exurge Domine etc. deinde dicat sacerdos. Oremus. & Diaconus (si infra Septuagesimam venerit hoc festum) dicat. Flectamus genua, Subdiaconus. Leuate. Oratio. Exaudi quæsumus Domine etc. ut in Missali. Deinde fit Processio & cantantur sequentes antiphona.

Anti-

Manuale Minimorum

Antiphona. Adorna thalamum tuum Sion, & suscipe regem Christum. amplectere Mariam, quæ est cælestis porta: ipsa enim portat regem gloriæ noui luminis subsistit virgo adducens manibus filium ante Luciferum genitum: quem accipiens Simeon in vlnas suas, prædicauit populis Dominum eum esse vitæ & mortis, & Saluatorem mundi.

¶ *Alia Antiphona.*

Responsum accepit Simeon à Spiritu sancto, non visurum se mortem nisi videret Christum Domini: & cum inducerent puerum in templum, accepit eum in vlnas suas: & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine in pace. Vers. Cum induceret puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: ipse accepit eum in vlnas suas.

¶ *Et ingrediendo Ecclesiam cantatur hoc responsum.*

¶ Obtulerunt pro eo Domino parurturum: aut duos pullos columba-

rum.

rum. Sicut scriptum est in lege Domini. Vers. Postquam impleri sunt dies purgationis Mariæ, secundum legem Moy si, tulerunt illum in Hierusalem: ut sisterent cum Domino. * Sicut scriptum est. Vers. Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Sicut scriptum.

Processio in die Palmarum.

¶ Completa tertia & aspersione aque facta ut moris est, celebrans indutus pluuiali violaceo, & ministri similiter, & ramis in cornu Epistolæ positis: à choro cantatur Antiphona.

Hosanna Filio David, benedictus qui venit in nomine Domini. O rex Israel: Hosanna in excelsis. Deinde sacerdos dicit. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus. Deus quem diligere &c. Postea legitur lectio. In diebus illis &c. & à choro cantatur pro graduali hoc Responsorium.

Resp. Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium & dixerunt: quid facimus quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent
in

Manuale Minimorum.

in eum. Et venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Vers. Vnus autem ex illis Caiphas nomine cum esset Pontifex anni illius, prophetauit dicens. Expedi vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum dicentes. Et venient Romani.

Vel aliud Ref. In monte Oliueti orauit ad Patrem: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua. Vers. Vigilate et orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua.

Postea benedicuntur Rami & distribuuntur a sacerdotibus fratribus, & populo & interim a choro cantantur sequentes Antiphona. Antiphona.

Pueri Hebræorum portantes ramos Oliuatum obuiauerunt Domino, clamantes & dicentes: Hosanna in excelsis. Alia Antiphona. Pueri Hebræorum vesti;

vestimenta prosternebant in via, & clamabant dicentes: Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini.

Quod si non sufficiant, repetantur quousque ramorum distributio finiatur, & dicta a sacerdote oratione ultima, fiat statim processio, in qua cantentur sequentes Antiphona, vel omnes, vel aliqua, quousque durat processio.

Antiphona. Cum appropinquaret Dominus Hierosolymam, misit duos ex discipulis suis, dicens. Ite in castellum quod contra vos est: & inuenietis pulum asinae alligatum, super quem nullus hominum sedit, soluite, & adducite mihi. Si quis vos interrogauerit, dicite: opus Domino est. Soluentes adduxerunt ad Iesum: & imposuerunt illi vestimenta sua, & sedit super eum: alij expandebant vestimenta sua in via, alij ramos de arboribus sternebant: & qui sequebantur, clamabant: Hosanna; benedictus qui venit in nomine Domini: benedictum regnum Patris

tris

Manuale Minimorum

tris nostri Dauid: Hosanna in excelsis
miserere nobis fili Dauid. *Alia Antiphona.* Cum audisset populus, quia Iesus ve-
nit Hierosolymā, acceperunt ramos pal-
marū: & exierunt ei obuiam, & clama-
bāt pueri dicētes. Hic est qui venturus
est in salutem populi. Hic est salus no-
stra & redēptio Israel. Quātus est iste
cui Troni & Dominationes occurrūt?
Noli timere filia Sion: ecce rex tuus ve-
nit tibi, sedens super pullū asinæ: sicut
scriptū est. Salue rex fabricator mun-
di, qui venisti redimere nos.

Alia Antiphona. Ante sex dies solennis
Paschæ, quando venit Dñs in ciuitatē
Hierusalē, occurrerūt ei pueri: & in ma-
nibus portabant ramos palmarum: &
clamabāt voce magna dicentes. Hosan-
na in excelsis: benedictus qui venisti in
multitudine misericordiæ tuæ. Hosan-
na in excelsis.

Alia Antiphona. Occurrerunt turbæ cū
floribus & palmis redemptor, obuiam:
& victori triumphanti digna dant obse-
quia

quia. Filium Dei ore gentes prædicant,
et in laudem Christi voces sonant per-
nubila. Hosanna in excelsis.

Alia Antiphona. Cum Angelis, et pueris
fideles inueniamur, triumphatori mor-
tis clamantes : Hosanna in excelsis.

Alia Antiphona. Turba multa quæ conue-
nerat ad diem festum, clamabat Domi-
no: benedictus qui venit in nomine Do-
mini: Hosanna in excelsis.

*¶ In reuersione processionis ad ecclesiam, duo vel qua-
tuor cantores intrant, & clauso ostio versa facie ad
processionem, incipiunt. Vers. Gloria laus, & totum
decantant vsque ad Israel es tu rex, Sacerdos vero
cum alijs stantibus extra ecclesiam repetit illud idem.
Deinde stantes intus cantant versus sequentes, vel
omnes, vel partim. Et stantes extra, ad quoslibet
duos versus respondent.*

Gloria, laus et honor tibi etc.

vers. Gloria, laus et honor, tibi sit
rex Chtiste Redemptor.

Cui puerile decus prompsit Hosanna
pium.

Israel es tu rex, Dauidis et inclyta pro-
les:

V

les:

Manuale Minimorum.

¶ Forma absoluendi fratres in agone mortis, quæ absoluit ab omni casu pertinente ad Papam, auctoritate priuilegiorum ordinis.

Facta confessione dicat sacerdos. Misereatur, &c. Indulgentiam &c. & postea subiungat. Dominus noster Iesus Christus per merita suæ sacratissimæ passionis te absoluat, & gratiam suam tibi infundat, & ego auctoritate ipsius, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli & summorum Pontificum, mihi in hac parte commissa & tibi concessa, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris vel minoris, vel sententia suspensionis & interdicti, & dispense tecum in omni irregularitate si quam contraxisti: eadem auctoritate, ego absoluo te ab omni transgressione votorum tui ordinis, & statutorum Papalium, Generalium, Prouincialium, localium, synodaliū quorūcunq. Eadē auctoritate ego absoluo te ab omni diuino officio malè per soluto horis indebitè trāspōsitis, vel dimissis. Item eadē auctoritate
ego

ego absolute ab omnib' peccatis tuis quibus contra Deum fragilitate humana, ignorantia vel malitia deliquisti: concedens tibi remissionem, & indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum & cunctorum de quibus etiam non recordaris, in quorum claves ecclesie se extendunt. Item eadem authoritate ego absolute à poenis Purgatorij, quas pro peccatis & commissis, & delictis in hoc mundo perpetratis meruisti restituendo te illi innocentie in qua eras quando baptizatus fuisti. In nomine † Patris, & Fi † lij, et Spiritus † sancti. Amen. *Et addat statim.* Quod si hac vice non discesseris reservo tibi hanc gratiam usque ad extremum mortis tue articulum.

Modus absolvendi ab excommunicatione.

¶ Cum aliquis absolvi debeat ab excommunicatione, praelatus vel eius vicarius ipsum sic absolvet, primo dicatur, Ps. Miserere mei Deus, totus cum Gloria Patri. Vers. Saluum fac seruum tuum Domine. Resp. Des mes sperantem. Vers. Domine exau.

Manuale Minimorum

exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus
ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp.
Et cum spiritu tuo. Oremus.

¶ Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram, et famulum tuum quem excommunicationis sententia ligat, miseratio tuæ pietatis absoluat. Et ego auctoritate ipsius te absoluo à vinculo excommunicationis quam incurristi. In nomine Pa- tris, et Fi-lii, et Spiritus sancti. Amen. *Et imponat ei salutarem poenitentiam.*

Sequuntur Processiones nostri Ordinis.

In festo Purificationis B. Mariae.

Finita Tertia, sacerdos indutus pluuiali violaceo & ministris indutis, procedit ad benedicendum candelas, secundum morem & ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & benedictione finita dignior ex fratribus accedit ad altare vel prælatus si ipse non celebrat & ab eo celebrans accipit candelam, postea celebrans distribuit candelas accensas primū digniori a quo ipse acceperat deinde Diacono & Subdiacono, postea singulis fratribus

bus per ordinem genu flectentibus & manum celebrantis de osculantibus, dum autem cœperit distribuere candelas, a choro cantantur sequentes Antiphona.

Antiphona. ¶ Lumen ad reuelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel. *Canticum.* Nunc dimittis seruum tuum Domine. Ita quod post quemlibet versum cantici, & post Gloria Patri, et Sicut erat, repetatur semper tota antiphona. Lumen ad reuelationem etc. His expletis cantatur sequens antiphona.

